1003* rep. a. 1771 *nella villa detta il monastero di Vasco.*

RARIS HIC PRO TEMPORE QVIESCIT
SAV . . . . VIA

Durandi *Piemonte Cisp.* p. 171 a Nallino.
De hac idem valet atque de praecedente.

1004* rep. Caraglii c. a. 1764 *in un canapajo accanto alla cappella di S. Lorenzo*; est Buscae in museo Belliniano DURANDI 1769. Iam in museo Taurinensi.

HIC REQVIESCIT EVOLS I
NNOCENS FILVS COMET
IS HIRICE ANNORVM TRI
VM
5 + +
QEM DOMINVS SVSC
EPIT INPACE C I RECESSIT
XVI IS

Descripsi. Meyranesius cod. bibl. reg. Taur. p. 15 et cod. univ. Taur. P. IV. 7 p. 18; Durandi Pedona (1769) p. 29 et ligno incisam *Piem. cispad.* p. 128; Gazzera in act. Taur. ser. II vol. 11 p. 163 tab. 2 n. 5; Promis *Torino* p. 104 n. 7, quem vide de fraudibus ex hoc titulo enatis. Hic quoque recens est, non falsus.

1005* *A Bennes en la maison de Martin Maligno* Guichenonius 1, 54 collocat titulos tres:

M. Nonio M. f. Fab. Muciano cet., qui est Brixianus supra relatus n. 4344;
L. Sicinio L. f. Ser. Valenti, qui est falsus Nolae tributus I. N. 334*;
Q. Epidio (immo *Hedio*) *L. f. Pol. Rufo Lolliano Gentiano,* qui est Tarraconensis II, 4121.

Afferuntur a Guichenonio ex Panvinio, adsuntque omnes vere apud Panvinium, primus in fastis ad a. 954, secundus civ. Rom. p. 731, tertius in fastis ad a. 964. At illa praescriptio apud Panvinium nusquam legitur; legitur ad primam 'Bennae in aedibus Martini Maligni' apud Gruterum 442, 3 dantem item ex Panvinio. Loci indicatio a Grutero et Guichenonio adscripta unde veniat ignoro; hoc apparet ad Bene oppidum Pedemontii eos titulos nequaquam pertinere.

XLIV. GENVA.

1006* Genuae in abbatia S. Benigni quem collocat titulum Puccinellius *mem. sepolc.* 1664 p. 76: *Sergiae Laenatis et* (immo *Laenatis f.*) *Plautillae matri imp. Nervae Caesaris Aug.*, eundem Gruterus 246, 2 collocat Antii, Sponius misc. p. 268 Romae.

1007* Genuae saec. XVII exeunte apud canonicum de Ferris (cf. Spon. *voy.* 1,34) adservatos titulos hos
1 *diis manibus VV. Aureli Severi* cet. Malvasia p. 455 (inde Mur. 1244, 3; Sanguineti p. 343)
2 *C. Iulius Mucro* cet. Malvasia p. 541 (inde Mur. 1361, 2; Sanguineti p. 15)
3 *M. Livius f. Antigonus . . . usque ad ostium p. I A. Vibio Habito L. Apr.* [sunt consules a. p. Chr. 8] Malvasia p. 471 (inde Mur. 1008, 9; Sanguineti p. 342).
4 *C . . . tustactus sunthonatos regis Tholomei l. v. ann. L.* Spon. *voy.* 3, 35, misc. p. 234
comparatos omnino apud mercatores rerum antiquarum amandavi inter urbanos.

1008* Alieni sunt item lapides hi qui sunt fueruntve Genuae vel prope:
1 *Cresti Ger.*, rep. Romae, deinde Genuae in museo Petri Mariae de' Ferrari scholarum piarum. Paciaudi apud Calogerà 42 (1750) p. 346.
2 *Cryser|oti filio || bene me|renti || mater | fecit || in p|ace,* rep. Romae in catacumbis. Prior pars extat Taurinis in bibliotheca regis inter titulos alios urbanae originis omnes, posterior cum reliquiis ab a. inde 1839 Cremeni in Polcevera in ecclesia. Coniunxit utramque Rossius.
3 *. . . via C. L. Ammia| . . . . ratu Attici liberti* (Sanguineti p. 17) } Lunae repertae teste Varnio Genuae fuerunt in villa Negro, hodie sunt
4 *Q. Valerio Iucundo libert.* cet. (Sanguineti p. 18). } in universitate.
5 *C. Calvisius Faustinianus* cet. (Sanguineti p. 228) teste Olivierio, a quo habuit Sanguinetius, Genuam venit ex Bobbio.
6 *Ti. Claudius Sp. f. Gemellus* cet. (ectypum apud Varnium) dicitur venisse Genuam ex Sardinia.
7 *d. m. L. Iuli Castrici* cet. (Mur. 709, 3; Sanguineti p. 132) ex Sardinia venit Staglienum, ubi est in coemeterio.
8 *d. m. C. Baebio Marino* cet. teste Sponio p. 264, qui repperit in schedis Bocconi, Genuam venit ex Corsica.

XLV. VADA SABATIA.

1009* Praeneste.

opi diuinae et | fortunae primigeniae | sac | imp. caesar helui | pertinacis aug | u. d. d. | t. cesius f. z. heredes | a. s. d.

Queirolo Vado Sabazia p. 87 ex chronicis ms. Ioh. Vincentii Verzellini servatis Savonae in bibl. publica. Retinui hoc loco, cum Verzellinius non tam aliunde arripuisse quam ipse elaboravisse videatur.

1010* Savonae rep. a. 1671 cum nummis antiquis — in quibus fuerunt litterae hae: V(*ado*) S(*abatia*), S(*abatiae*) C(*ivitas*), MA — aliisque rebus in marmore albo.

sabatia

Queirolo Vado Sabazia (1865) p. 23 ex chronicis Savonensibus ms. Lamberti cuiusdam.

1011* Savonae in Liguria quem Donatus 425, 10 auctore adscripto nullo collocat titulum incipientem D·M·MANINIO·LIB·COMMVNIS cum Ligus auctor nemo referat, alium autem titulum idem Donatus 55, 10 referat auctore Philippo Adamio collocatum Saonae in Liguria, qui est Suanae Tusciae, hunc quoque eodem reieci.